



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XX. Virgo nutrix: ubi ostenditur munus momenti maximi, quo
fungebatur sanctissima Virgo, quoad occupata tota fuit in sola educatione
Infantis Jesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

ipſius reditum, quando placuerit illi.

Verum eſt, non eſſe hic propriè locum, nec tempus perfectæ fruitionis & poſſeſſionis DEI: Novit bona hæc anima, id futurum in cælo & æternitate beatâ, ad quam abſque intermiſſione ſua emittit ſuſpiria; & ided aliam conſolationem non quarit in terris, niſi quòd ſuſpiret, ſperet & aſpiret inceſſanter, uti ſanctus Rex David, qui in medijs aulae ſuae delicijs, nonniſi divinis ſuis ſeſe paſcebat mœroribus atque faſtidijs: *Fuerunt mihi lacryma mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; ubi eſt DEUS tuus?* Amo & non fruor præſentiâ amati, quâ ratione me conſolabor? Quò confugiam, non habeo, niſi mea ſuſpiria, meâſque lacrymas, è quibus convivium ad-

Terra eſt
locus gemituum.

Pſal. 41.
v. 4.

orno mihi; ex eis bibo, ex eis manduco diu noctûque, ut meum nutriam amorem amaritudinibus abſentiæ ipſius, exſpectandò, quoad reficiat ſe denuò dulcedine præſentiæ ipſius.

Felix anima, quæ ſeparata à mundo guſtare non poteſt niſi DEUM in ſua ſolitudine, ſive præſentem, ſive abſentem: *Vox turturis audita eſt in terrâ noſtrâ.* In terrâ auditur vox turturis, dum anima ipſius imitatur gemitus, quoad poſſideat DEUM ſuum ibi in perpetuum. Ite amici mei, auſerte vobiscum hos turtures, quos dono do vobis ad emendum Infantem JESUM, ſicut Sanctiſſima Virgo dedit in Templo illos ad ipſum redimendum, poſtquam obtulit illum DEO. Et hic fructus fuit noſtræ Conſultationis.

Cart. 1. v.
11.

CONSULTATIO XX.

Virgo Nutrix, ubi oſtenditur munus momenti maximi, quo Fungebatur Sanctiſſima Virgo, quoad occupata tota fuit in ſolâ educatione Infantis JESU.



Reperire eſt, neſcio, quid in ſylvis, quod recolligit mentem, illamque attollit ad DEUM, ita, ut quaſi cohibere ſe non poſſit, quin ſentiat aliam animæ ſuae diſpoſitionem in locis his

opacis ac ſolitarijs, quàm experiamur plerumque in congreſſibus, hominûmque familiaritatibus.

Sive oculorum intuitus, cum tantam non habeat libertatem divagandi latiùs, inſenſibiliter diſponat & dirigat animum ad elevandum ſe in altum, & inharendum

Arbores
Sylvarum
admonet
nos nostræ
obligatio-
nis.

dum exemplo magnarum illarum arborum, in quibus non nisi duos observamus motus naturales; unum, quo descendunt, suasque radices, tam profundè quàm possunt, agunt in terrâ; & alterum, quo sua attollunt culmina admodum in sublime versus cœlum, quasi admonere vellent homines obligationis suæ, eosque docere, quòd & ipsos habere oporteat, quoad vivunt, duos motus: unum, quo se demittant profundè in suum nihilum, per humilitatem; alterum, quo se potenter attollant ad Deum per charitatem; quod juxta sanctum Augustinum est, jacere fundamentum, & adicere tectum totius ædificii salutis.

Sive quòd animus facilè concipiat aliquem affectum reverentiæ erga Majestatem DEI, cujus parvam quandam observat delineationem in magnis hisce Omnipotentis manûs ipsius operibus, quæ in tantum suum supra caput cernit elevati, ut non nisi in comparatione horum parvus videatur pygmaeus; & ex hoc revereri addiscat potestatem quandam supremam sibi dominantem, cujusque subdatur imperio.

horæ cogi-
tationes ad
occupan-
dum ani-
mum in
sylvâ.

Sive quòd aspectus inconcussæ hujus firmitatis, quam ostendunt, suum nunquàm deserendo locum, seque contentando minimâ, quam occupant, portione terræ, quam non tangunt, nisi pedis extremitate, occultâ arguat reprehensione

humani inconstantiam animi, qui permanere in loco non potest, & insatiabilem ipsius cupiditatem, quæ nunquam contenta illo, quòd habet, incessanter millenis se obruit curis, ut magis se extendat; hæcque occulta correctio ipsum in se revocet, ac sibi invigilare faciat.

Sive quòd magnum ipsarum silentium nos admonet, huic studere similiter; vel quòd profunda illa pax & tranquillitas, quæ fruuntur separata à tumultu civitatum, accendat in nobis desiderium, nostram quòque in solitudine querendi pacem: Sive tandem, quòd longè diuturnior ipsarum duratio, quàm vita sit hominum, nobis inspiret ac insinuet cogitationes de æternitate; undecùnque id veniat, certum est, quòd dñi incolete sylvas nemo possit, quin alias recolat mente cogitationes, quàm quas coluit in civitate.

Verum est quidem, magnas solere sylvas incutere animo timorem quandam & horrorem, non solum, quòd sint consueta receptacula serpentium, ferociumque bestiarum, sed etiam, quòd prædones, qui maximi sunt societatis humanæ inimici, quandoque se illic abscondant, ad expectandum occasionem exercendi suos assassinatus & latrocinia; nihilominus exploratum semper fuit, quòd homines profecuti sint ipsas veneratione, velut loca, quæ natura de-

Cur ma-
gnæ sylvæ
inspirent
aliquos af-
fectus ti-
moris &
reverentia:

Sylvæ sunt
imagines
nostrarum
Ecclesia-
rum.

finâssæ videretur ad cultum Divinitatis. Pagani utebantur illis ad exercendum ibi mysteriosissimas quasque ceremonias falsæ suæ religionis: Primi Christiani, qui fugiebant. Contagionem sæculi, & vanitates mundi, ut se unice devoverent servitio Dei, secesserunt illuc, ut viverent ibi juxta purissimas Sancti Evangelii Leges; modulebantur ibi laudes Dei, offerrebant ibi diu noctûque sacrificium contriti & humiliati cordis, vacabant ibi precibus, & pleraque obibant exercitia religionis, quæ nos perticimus in Ecclesiis.

Sanè nonne dicatur, sylvas esse velut quasdam Templorum idæas ac imagines, quas ruditer saltem delineare voluerit natura? trunci arborum illorum sunt columnæ; majores rami, qui se extendunt; seque incurvant, ad implectendum se alijs in formam arcus, sunt naturales ipsorum fornices; aliæ frondes, quæ multiplicantur, seque accumulans ascendendo, tandemque in globum se efformant in modum domûs, conficiunt ipsorum tectum; magis principales magisque fortes aliquarum, quæ se attolunt supra alias hinc & inde, sunt velut totidem pyramides, quæ supra tectum videntur erectæ: Et tandem volucres, quæ huc convolant, aëremque suis repleant vocibus, sunt velut horum templorum campanæ, quæ excitant &

invitant homines ad cantandum laudes Dei.

Cum ita fermocinaremur circa pulchritudinem magnæ cujusdam sylvæ, per quam incesseramus jam serè per horam, observavimus catervam hominum prodeantium ex antro quodam, ubi sylva erat densior, & pleraque erant Matres, portantes pavulos filios in brachijs suis: Erant autem è vicinis pagis quibus nos erat singulis diebus sabbathinis suam exercere devotionem in sacello quodam Sanctissimæ Virginis, quod aliquis loci illius Dominus curaverat ibi extrui ad honorem Infantis JESU, & Sanctissimæ Matris porrigentis ipsa ubera, quodque dedicaverat *Virginis Nutrici*, quæ duo verba literis aureis etiam portæ fecerat adscribi. Nos transire permisimus totam catervam, nec perturbate volumus ipsarum devotionem.

Sequebatur ipsas venerabilis quidam senex, qui referebat nobis speciem Eremitæ, & cognovimus ipsum esse Abbatem pemonem, qui suum fixerat domicilium prope sacellum: ex singulari erga Sanctissimam Virginem devotione. Noviveramus jam ipsum ex famâ, obtinuerat enim Sanctissimi & prudentissimi viti in totâ regione illâ nomen, & omnes, quo nunquam viderunt ipsum frequentare scholas, ubi vis dicebant, Sanctissimam Virginem obtinuisse illi à Deo scientiam insusam,

Hoc

1. August.
 de doctrina
 Christiana
 plures eva-
 gentur sa-
 pientissimi,
 de eo,
 quod alia
 frequentata
 veniet
 scholas
 quia syl-
 va, &
 nam hu-
 berit
 Magistram
 quam
 Deum,
 Mirabilis
 lib. 4. c. 4.
 Mem. 1.
 67.

Hoc novum non est, viros vi-
 dere sapientissimos, quamvis stu-
 duerint nunquam, nisi in silentio
 solitudinis & exercitio orationis.
 Sanctus Antonius Eremita indo-
 ctus accessit desertum, tamque
 doctus evasit, ut Sanctus Augu-
 stinus asseveret, ipsum non solum
 totam sacram scripturam memoriâ
 tenuisse; sed melius ipsius pene-
 trasse intelligentiam sapientissimis
 quibus Doctoribus.

Sanctus Bernardus studuit quasi
 nunquam nisi in sylvis; & melius di-
 dicit profundissima quæque scien-
 tiæ Dei arcana, colloquendo cum
 quercibus & abjetibus, quam do-
 ceantur in scholis Theologiarum.

Abbas Stephanus, qui nullâ im-
 butus erat eruditione, quando suo
 se inclusit Eremitorio, evasit ora-
 culum, quod consulebant omnes;
 & spargitur, neminem ipsum con-
 sultasse unquam, qui non redierit
 consolatus, & plenè instructus in
 omnibus, quæ nôsse desiderabat.

Sanctus Romualdus Fundator
 Ordinis Camaldulensium, cum ali-
 quando diceret Missam, fuit raptus

in brevem sed sublimem extasim:
 exinde reversus invenit se perdo-
 ctum Psalmorum Interpretem,
 quorum antea vix legere poterat
 verba. Nullus foret ejusmodi
 exemplorum finis, si omnia addu-
 cenda forent, quæ continentur in
 Historijs & Vitis Sanctorum: sed
 relinquamus alios, ut diutius com-
 morari & colloqui possimus cum
 Abbate nostro pombone.

Cum videreris ipsum reducem
 è loco devotioni Sanctissimæ Vir-
 ginis, cui addictissimus erat, con-
 sectato, credidimus ipsum habere
 animum profusum refertum cog-
 nitionibus ac illustrationibus circa
 excellentias admirabilis hujus Ma-
 tris; unde & speravimus, nos ma-
 ximum facturos ex ipsius collo-
 quio profectum. Hoc est, quod
 nos impullit, ut institueremus cum
 ipso sequentem consultationem,
 cujus percipies argumentum, ma-
 teriam, totamque seriem; unde
 & colliges scaterere ipsam illecebris,
 quibus mitificè oblectetur anima
 devotione ad quâ Sanctissimæ
 Virgini addicta.

ARGUMENTUM.

*Mirabilis Congressus Abbatis pombonis, & nova,
 quæ suis dixit hospitibus.*

ARTICULUS I.

terti Dei
 & serri
 mundi di-
 scunt & di-

Bonus hic senex vicinus factus
 nobis, vultu admodum se-
 reno, ubi suavitas, gaudium

& majestas æqualiter fermè suos
 diffundebant splendores, interro-
 gavit nos voce seriâ, sed jucundâ:

vulgant
 nova sed
 valde di-
 versa.

Quæ

Qua nova, amici mei? Verum est, ex hac salutandi ratione nos magis habuisse stupore percussos, quam solatio perfusos; admirabamur, proficisci hæc verba ex ore viri, quem ita alienum credebamus à rebus mundi, ut de his nec minimam in mente sua tolerare vellet cogitationem: Ille, quem comitem habebam, respondit ipsi admodum sedatè: Nulla nobis constant, eum nostri non sit instituti vel addiscere, vel divulgare nova in congressibus: Non enim ideo versamur in mundo, aut ipsum frequentamus, ut repleamus animum ipsius vanitatibus; sed potius fugimus ipsum, quantum possibile est nobis, & malumus ignorare, quam nosse omnia ea, quæ fiunt in hac Babylone confusionis.

Quantum ad me, reponit senex, nova mihi sunt pulcherrima, plurimumque consolatoria; tantum inquirò, quibus illa communicem; sed homines non invenio, qui capere illa possint: Nihilominus, vos videns, credidi satis vos habiles esse ad intelligendum & capiendum illa. Venite, locus enim hic commodus non est: Non disperguntur ejusmodi nova per vias publicas; venite, ducam vos in parvum meum Paradisum, qui non nisi tribus passibus hinc distat, ex hoc apprehens nos manibus, in suum deduxit Eremitorium. Non erat hoc nisi minimum quoddam

tugurium coopertum juncis, & quatuor innixum palis, quas innixerat terræ ex parte istius sacelli, quòdque videbatur magis idoneum ad recipiendum miserum aliquod jumentum, quàm ut esset alicujus hominis habitaculum.

Estne hoc, mi Pater, id, quod nuncupas Paradisum tuum? Non, respondit, est meum Purgatorium; sed perjudicandam illam Sanctissimæ Virginis domum meum appello Paradisum: Judicabis utique Purgatorium esse non debere locum delicijs refertum; hinc ita construxi illud, ut omnis generis mihi in eo sint absorbendæ, ibique meis diluam lacrymis residua omnia peccata mea, iuxta exemplum Regij Vatis David, qui pro eo, ut suaviter de nocte dormiret, lectulum suum irrigabat lacrymis suis: *Lacrymis stratum meum rigabo*: aliàs non præsumerem ingredi manè in Paradisum meum, nec potiri amabilissimam possessione Dei mei; sed egressus Purgatorio mox promptum invenio ipsum ad recipiendum me in sinum suum: videtur namque porrigere mihi manus, meque invitare: *Euge serve bone intra in gaudium Domini tui*.

Sane, mi Pater, invenisti arcenum, quod ignorat mundus: Homines mundani exstruunt sibi domus, in quantum possunt, pulcherrimas & commodissimas; instruunt illas ornamentis perquam magnificis ac splendissimis, quasi sibi metip-

Habitatio alicujus Eremitæ erga sanctissimam Virginem devoti incommoditate,

Bonum exercitium ad degustandum consolationes Dei in Ecclesiis.

Domus magnarum hujus mundi sunt ipsorum Paradisus, & Ecclesia ipsorum Purgatoriu

sis extruere vellent paradisum, in quo omne sibi promittant oblectamenti genus: dum interim Ecclesiaz, quæ sunt domus DEI, quem adorant, tam sint pauperes, tam immundæ, tam nudæ ab omni ornatu genere (potissimum verd Ecclesiaz campestris) tam incommodæ, tanque aspectu invidæ, ut, quando illustri quidam Dominus Domina è castro suo concedunt in Ecclesiam, credendi habeant animum, se exire è paradiso in purgatorium: unde etiam non nisi coacti, & quanto minus possunt, ibi morantur.

Reprehensio illorum, qui castros, domos magnificas, & negligunt Ecclesiaz.

Quomodo possibile est, portare illos vel unicam scintillam fidei in animabus suis, vel conservare eos vel minimum religionis sensum in cordibus suis? Quomodo non erubescunt, dum nunquam non coram oculis suis intuentur vermiculum terræ habitantem velut Deum visibilem. & Magnum DEUM Vivum, quem adorant, habitantem penes se velut vermiculum terræ? Quid igitur magis horrendum est aspectu, vel arrogantia, quæ ipsos inflat, vel impietas, quæ ipsos indurat? Arrogantia ipsorum eos inducit ad faciendam impensas absque mensura, pro gloria suâ, & commoditate suâ, persuadens ipsis, se nunquam facturos satis magnas, satisque splendidas pro se ipsis; ipsorum impietas eos reddit tam avaros circa ea omnia, quæ spectant ad

A. P. Isaac Consultat. Tom. III.

bonum vel honorem Dei, ut illa omnia se amissuros crederent, quæ eo impenderent nomine, illucque collocarent; Et si quis ad hoc obstringere ipsos vellet, contenderent & defenderent se potius licet, nec conquererentur, si centies tantum hæc contulerent, modò non obstringantur ad minimam faciendum impensam pro Majestate Dei. Eheu! præsumunt illi indies petere ab ipso regnum æternum, quòd acquisivit ipsis sui pretio sanguinis; insuper nõrunt, ipsum hoc sibi, dare velle, & illi pro ipso facere non vellent impensam levissimam!

An dubitare possunt, quin sibi aliquando in die judicii laeturus sit horrendam illam redargutionem, quam olim suo fecit populo; *Nunquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis? & domus ita deserta.* Itane cogitatis non nisi vobis extruere in tempore domus pompofas atque magnificas, quasi voluissetis conficere ex ijs vestra palatia æternitatis; & reliquistis domum meam desertam, pauperem, neglectam, totamque dirutam & destructam, non majorem illius habentes curam, quam si nihili vobis fuisset, vel vos nihil à me haberetis expectandum; & vos præsumitis postulare à me augustum æternitatis meæ palatium? Apagite impij & ingrati, pars vestra erit putredo & vermis, & tumuli vestri domus vestrae in

Aggæi 1. 7.

4.

Alia investiva in eos, qui negligunt decorem Ecclesiarum.

SSII

per:

Psal. 48. v. perpetuum : *Sepulchra illorum do-*
12. *mus eorum in aeternum.*

Mundus
accipit pa-
radisum,
purgatoriū
& infernū
in sensu
opposito.

Sanctus Abbas, qui audiebat
invektivam hanc cum voluptate,
conclufit illam, dicendo nobis :
Verum est, cœcitatē mundano-
rum esse horrendam, cum omnia
in alienum detorqueant sensum ;
edocentur, esse paradifum, purga-
torium, & infernum ; aspiciunt
mundum, suum velut paradifum,
solitudinem velut purgatorium,
loca facta & servitium Dei velut
infernum. O amantiffime Deus !
Misericordias tuas cantabo in æternū,
quod alienum ab illorum
me sentiam sensis ; profectò enim
aspicio mundum, meum velut in-
fernum, & summè exhorteo ip-
sum ; Exiguū meum Eremito-
rium, meum est purgatorium, ubi
lubens promeritas subibo pœnas
pro expiatione meorum criminum ;
Et locus hic Sanctus (Sacellum in-
quam) ubi adorare mihi licet Ma-
jestatem Dei mei, & contempla-
ri Excellentias divinæ ipsius Ma-
tris, meus est paradifus ; ita, meus
Paradisus, ubi tam puris, tamque
copiosis fruor consolationibus, ut
semper commorari hic posse mea
expofcerent vota.

Sacellum
dedicatum
honori san-
ctiffimæ
Virginis
Nutricis, &
quare

Ex hoc arripuit occasionem de-
ducendi nos in sacellum suum, ubi
cum supra portam legerem duo
hæc verba magnis & aureis chara-
cteribus exarata : VIRGINI NUT-
TRICI ; Quid est hoc ? interro-
gavi ipsum : Non meminij, me un-

quam vidisse Ecclesiam aut Sacel-
lum dedicatum honori Sanctiffimæ
Virginis Nutricis : Credo equidem,
inquit nobis, cogitabam id vobis
fote novum ; & hæc etiam prima
sunt nova, quæ volui communica-
re vobis ; audite bene, quid sim
desuper vobis dicturus. Ut audire-
mus ipsam tantò commodiùs, oc-
cupare nos iussit Eremitarum sedi-
lia, quæ propè aderant ; & hæc
erant lignei quidam tunc musco
profus obducti ; & ecce, quâ ra-
tione ceperit loqui nobis.

Tam novum est, videre Virgi-
nem Matrem, ut cuncta sæcula id
viderint nunquam, nisi in solâ
MARIA, verâ Matre Filij DEI ;
nulla naturæ est pars in hoc prodî-
gio ; Est id opus Spiritus Sancti,
ita asserente nobis Sancto Evange-
lio : *Quod enim in eâ natum est,* Matth. 1. 18.
de Spiritu Sancto est. 49. Est similiter
tam novum videre Virginem, cui
ubera sunt lacte plena, ut tota ex
eo obstupescat natura, & nihil hic
capiat : Verum quod lacte hoc ip-
sa nutriat Deum æternum, prodî-
gium majus est, quam si sola nu-
triret omnes simul filios Adæ.

Sed eccur censes tam inusitatum, An mirabile
lum sit,
quod Virgo
lac habeat
in uberibus
dicebam ipsi, quod Virgo ubera
habeat referta lacte ? Ideo, re-
spondit mihi, quod lac, quo vita
conservatur infanti, sit liquor tam
pretiosus, ut natura plurimi ven-
dat ipsum cunctis Matribus ; nulli
enim earum id confert, nisi expo-
lijet ipsam re totius mundi pretiosis-
simâ,

Amā, cujusque irreparabilis est ja-
ctura, nimirum Virginitate, & id
sapius post Exantlatos savissimos
puerperij dolores: Singularis om-
nino prerogativa est Matri Admir-
abilis, vterum habere Virgineum,
& rurgentia lacte vbera, abs eo,
quod natura fuerit ansa, vel expo-
liare ipsam suā Virginitate, vel ipsi
inferre dolores partūs, pro eo quod
pateretur ipsam suis propinare lac
vberibus: Et hinc est, quod Eccle-
sia felicitati ipsius applaudens, in die
Circumcisionis canter & module-
tur: *Ipsius Regem Angelorum, sola
Virgo lactat ubere de coslo pleno.*

Tertollia-
ens putat
he suā Vir-
ginitate
fuisse
naturale.

Probè novi, Tertullianum scri-
psisse, quod naturale sit Sanctissi-
mæ Virgini habere lac in vberibus,
sicut naturale est omnibus alijs Ma-
tribus, postquam pepererunt; eò-
quod, inquit, cum idem sanguis,
quem natura destinat ad conficien-
dum Corpus infantis, cujusque sem-
per suppeditat provisionem, quam-
diu mater ipsum format vel nutrit
adhuc in suo vtero, ampliùs ne-
cessarius non sit ad hunc usum,
postquam ipsum peperit, divertat
ipsum aliò, & ut ipsum impendat
ad alium usum necessarium, nempe
ad lactandum infantem, faciat a-
scendere illum usque ad vbera, tri-
buens illi moram & perfectiorem
concoctionem, donec acquirat co-
lorem album & gratum dulcetem,
qui lenocinetur tenero & delicato
gustui parvorum infantium. Cum
ergò naturale hoc sit omnibus alijs

matribus, naturale etiam erat san-
ctissimæ Virgini, quæ vera natu-
ralis Mater est Infantis JESU. Ecce
opinionem Tertulliani, qui gravis
est Auctor, quemque omnes sem-
per respexerunt velut virum non
minùs solidum, quàm doctum.

Sed plures Sancti Patres, quibus <sup>Sancti Pa-
tres dicunt</sup> major adhibenda fides, quàm ipsi, <sup>lac ipsius
fuisse mira-
culosum,</sup> considerantes, quod natura non
suppeditaverit Sanctissimæ Virgini
id genus sanguinis, quem diffun-
dit in alias Matres, verum id fuisse
opus Spiritus Sancti, ipsiusque ope-
ratum esse in illà duo ingentia mi-
racula, pro certo tenent; unum,
quod suppeditaverit ipsi purissi-
mum & pretiosissimum sanguinem
ex omnibus venis ejus, unde for-
maverit ipsa in castissimo vtero suo
Corpus divini sui Infantis; alte-
rum, quod repleverit ipsius vbera
lacte, quod natura non poterat
ipsi conferre, eòquod manserit
semper Virgo non minùs post,
quàm ante partum suum; Hæc est
opinio Sancti Athanasij dicentis: <sup>S. Athana-
serm. de de-
spons. Virg.
& S. Joseph.
S. Vincent.
serm. Nat.
Dom.</sup> *Lac verò modo peregrino fluxit.* Et
Sanctus Vincentius Ferrerius ex
presse dicit, quod Sanctissima Vir-
go, cum lac non haberet post pu-
rissimum partum suum, precata sit
Deum, quatenus id sibi impertire-
tur ad divinum suum lactandum
Infantem; quòdque in instanti
sanctissima ipsius vbera illo fuerint
repleta.

O Deus, quod lactis genus cre-
dere possumus id fuisse! Si ample

Siff 2. Chamur

is ferm. de
parturicio-
ne B. M.
part. 2. in
fine,


Quamur mentem alterius cujusdam
magni & devoti famuli Matris Dei,
audi mus, quid & quomodo lo-
quatur nobis de illo: *Lac sanctis-
sima Virginis erat saporis prorsus
divini, ob suavitatem, quam con-
tulerat ipsi Spiritus Sanctus: Nul-
la unquam alia Mater lac habuit
tam dulco, tanque suave sicut ip-
sa; Et hujus ratio esse potest, quod
cum lac altarum Matrum supponat
in illis inordinationem concupiscen-
tia, à qua non fuerint prorsus ex-
empta, dum facta sunt Matres, re-
tineat semper aliquid impuritatis
sue & maligni saporis: Sed cum
Sanctissima Virgo semper in omni-
bus conservata fuerit purissima à
Spiritu Sancto, lac ipsius nihil ha-
buit, quod dulcorem & saporem
non redoleret prorsus divinum ex
adorando hoc principio.*

S. Angu-
stin.

Similiter Sanctus Augustinus,
qui eximia hæc lensa pluribus jam
seculis antea conceperat de prom-
pfit aliquando ex ore suo verba
hæc amore plenissima, quæ at-
tendens ipsius erga sanctissimam Vir-
ginem devotio ex illius elicit cor-
de: *Lacta MARIA Salvatorem
tuum, panem cæli, pretium mun-
di, lacta cum, qui fecit te talem,
ut ipse fieret in te. Ah! Fratres
mei, prosequitur Sanctus hic Se;*

nex, totus colliquefcens dulcore,
& effulus in lacrymas lætitiæ: Ah!
Fratres mei, dicite mihi, quid ve-
stra experiantur corda: quid delo-
cabilius videatur vobis, vel aspi-
cere Virginem, quæ teneat Deum
suum, & Creatorem suum in bra-
chijs suis, quæque suis ipsum la-
ctet uberibus suum velut alum-
num; vel intueri ipsum Infantem
Deum pendulum ex vberibus Ma-
tris suæ Virginis: Suus cuilibet est
gustus non minus animæ, quam
Corporis sunt suæ cuius illece-
bræ singulares erga diversos san-
ctissimæ Virginis status. quantum
ad me, non est, quo ita demul-
ceor, sicut dum video lactantem
ipsam divinum Infantem suum;
Et hæc dicens sublatis in titulum
Sacelli sui oculis, sapius repe-
bat hæc verba: VIRGINI NU-
TRICI: O quantum oblectant
me verba hæc! Et dixisses, gustas-
te ipsius dulcedinem mellis pro-
nuntiantem illa, tam illi accide-
bant jucunda. Hem Ecce, mi
Pater, interrogavit ipsum Comes
meus, ut quid tantum hoc afficit
& allicit te mysterium, quod plu-
rimis in mundo non ita videtur
considerabile? Ausculta me &
dicam tibi.

* * *



ARGU-

ARGUMENTUM.

*Aspectus Sanctissimæ Virginis lactantis Infantem
JESUM emollit Corda durissima.*

ARTICULUS II.

Intueor, inquit nobis, in gremio Virginis Nutricis adimpletum ardentissimum totius naturæ humanæ desiderium, quod nobis insinuat hęc Sacri Epithamij verbis: *Quis mihi doce fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te? O Fratres mei, quantum luminis afferunt hęc verba menti meæ! Et quàm affectuosa ac plena amoris accendunt & excitant sensa in corde meo!*

Loquantur mihi illa de Fratre, quem habui, quemque non cognovi. Quis det te fratrem meum: Et fides docet me, hunc Fratrem esse proprium Filium Patris mei cœlestis; ipse est Frater meus, de hoc certus sum, eòquod ipsemet agnoscat me pro Fratre suo, meque ita nuncupate dignetur: Nuntiare fratribus meis; ipse me adhibet sicut fratrem suum, eòquod ipsemet me doceat appellare Patrem suum cœlestem, Patrem meum, non minus quàm ipse sic nominet illum: Cum oratis, dicite, Pater noster, qui es in cœlis. Sed nihil de hoc noveram, quamdiu absconditus manebat in adorando sanctuario sinûs Patris sui

cœlestis: Ut ostenderet se mihi, oportuit exire ipsum e profundâ abyssu Nativitatis suæ æternæ, ad exponendum se oculis meis.

O mi amabilis Frater! ergò tandem invenio te foris, te igitur vi-
deō sugentem ubera Matris meæ: Procul dubio totus exsatiatus es, sugendo illa Patris tui cœlestis ubera, qui nutrit te propriâ vitâ suâ, ipse semper id fecit, is nunquam incepit, & nunquam id finiet. Hem, quæso, egredere ex bonitate, veni consolatum fratres tuos, ostende te nobis; Et fac te videam, sugentem ubera Matris meæ: Ita, tu egressus es, ut venires ad nos invenio te foris; video sugentem de ubera divinæ Matris tuæ; ecce ad impletum desiderium meum; & idèò tantum experior dulcedinis, dicendo & sapius repetendo hęc verba, ut mallem illa exarata circumferre in corde meo, quàm inscripta videre huic sacello: VIRGINI NUTRICI.

Sed dum illa repeto & revolve in mente meâ, felicior me invenio, quàm me esse credebam, eòquod ipsa ostendant mihi, non solum habere me Deum ceu Fratrem

Affectus te-
acri & de-
voti.

Obligamur
Sanctissimæ
Virgini,
quod mon-
straverit
nobis Fra-
trem

S S S ;

fratrem nostrum
Natum ma-
jorem JE-
sum Chri-
stum,

Sanctissima
Virgo est
nostra Ma-
ter juxta
verba scri-
pturæ,

trem, sed etiam adorandi; hujus Fratris Matrem esse etiam Matrem meam, Nonne enim, ut de hoc certus sum, sacra Scriptura, hæc ori meo inserit verba: *Sugentem ubera Matris meæ?* Nonne aptius fuisset locuta, si dixisset: Ah videam sugentem te ubera Matris tuæ! ut quid accendit in me desiderium aspiciendi ipsum sugentem lac ex uberibus Matris meæ, nisi ut declaret mihi, eam, quæ lactat illum, velut Mater ipsius, esse etiam Matrem meam! O solatium! Ita ipsa est verè Mater ejus, eò quòd produxerit ipsum in utero suo, ex propria substantiâ suâ, ipsùmque nutriet lacte uberum suorum; est propria Mater ipsius, de hoc dubitare non possum; verum est etiam mea, eò quòd Spiritus Sanctus, qui est ipsa veritas, ita me illam vult appellare: *Sugentem ubera Matris meæ:* O superabundans gaudium animæ meæ? O gloriam inestimabilem, si ipsam bene perspectam haberem! Habeo igitur pro Patre Deum immortalem; habeo pro Fratre Deum. Hominem; Et pro Matre habeo Matrem Dei: Et adhuc quæras, cur tantæ sim ebrius dulcedinis torrente ex aspectu Virginis Nutricis?

Neque id satis est; siquidem ut majus incrementum mea sumat felicitas, & omnia mea perfectè compleantur desideria, Spiritus Sanctus aspirare me jubet ad jucundissimam

hanc cum ipso familiaritatem, ut dum video adorandum hunc Fratrem in gremio Matris suæ lactantis illum, mihi liceat ipsum amplecti, ipsam deosculari, ipsum constringere brachijs meis, ipsum admoveere, & quasi agglutinare pectori meo: Inveniam te foris, ut deosculor te. Et hæc dicens extendebat brachia, suumque nudabat pectus; exæstuabat ipsius facies, ipsique oculi diffundere videbantur aquam non minùs quam ignem, ac si jam reipsâ magnâ hæc potiretur felicitate.

Sed, mi Pater, liceat mihi tibi dicere, quòd multum sanè sit, si aspirare ad hoc quis audeat, & plùs adhuc, si id sibi arroget ac prætentat. Videntur sæpissimè infantes in sinu matrum suarum, sua advenientibus potrigere brachia, ipsorum jucundè excipere basia, blandimenta, lenocinia, & nullâ ex eo Matres afficiuntur vel molestiâ, vel fastidio; sed Filius DEI, sed Mater DEI: An unquam sat timoris, sat reverentiæ exhiberi possit, ipsis? Nonne coram adoranda ipsorum Majestate provolvère se potius deberent omnes in terram, imò ad nihili centum sese deprimere?

Quid inquit, reposuit sanctus Abbas, altiori voce, & velut novo quodam accensus zelo; haud me latet, requiri reverentiam; sed an limites statuere quis vellet amoris parvi hujus Infantis erga animas

nostras, quas redimere venit sui pretio sanguinis, vel amori animarum nostrarum erga ipsum, qui magis nos amat propriâ suâ vitâ? Probè novi Matrem & Filium, summâ non tantum resurgere Majestate, sed ipsas supremas Majestates esse, nosque non nisi minimos terræ vermiculos; verùm ubi dominatur amor, summorum is deprimat Majestatem Monarcharum, & rerum minimarum attollit exilitatem. Nonne videmus, quòd in instanti, quo divinus amor descendere fecit infinitam, magnitudinem Dei, usque ad parvitatem hominis, is hominis parvitatem exaltaverit usque ad infinitam magnitudinem Dei? Nonne exploratum habemus per tot exempla, quæ leguntur in historijs & vitis Sanctorum, quòd Infans JESUS se sæpius communicaverit eis tanto cum gaudio, ut volare videretur in ipsorum brachia, ut ipsis blandiretur, illòsque sibi blandiri permitteret, tam tenero, tamque vehementi cum amore, ut impetus, quo abripiebantur, dissolveret ipsorum animas à corporibus ipsique illicò cessassent fati, nisi Infans JESUS, qui ipsos suis obzuebat favoribus, si ita loqui licet, confirmasset, ipsorum infirmitatem.

Spargitur hoc de sancto Bernardo; asseritur de seraphico Patre sancto Francisco, & Beato Felice Ordinis sui Religioso; depingitur

plerùmque sanctus Antonius de Paduâ cum Infante JESU, è collo ipsius pendulo: Plures eximij Auctores scripserunt, quòd soror quædam ex ordine sancti Dominici, cui nomen Bonaventuræ, accepit in nocte Natalis Domini, è manibus sanctissimæ Virginis Infantem JESUM in brachia sua, isque permiserit ab ipsâ se peti badiis, demulceri blanditijs, pro suo arbitrio, per horam integram: Evulgatur idipsum de Beatâ Columbâ ejusdem Ordinis religiosâ: Dicitur etiam de

Recensere adhuc volebat nobis longam ejusmodi seriem, sed interpellavi ipsum. An credis ergò mi Pater omnes historias, velut veritates ineffabiles? Probè novi, charitatem facilè omnia credere: *Charitas omnia credit*: Et non nisi è cordis duritie proficisci, nil credere velle, quamvis res sint fidei, quæ sunt certissimæ. Fateor quidem, omnibus ijs, quæ recensentur in fastis Sanctorum, inurendam non esse notam fabularum; nec hâc onerandos injuriâ omnes Historicos, quòd mendaces sint & deceptores, nihilque ex omnibus, quæ dicunt, esse verum: id namque foret peccare non solum contra sanam mentem, sed etiam contra pietatem, quæ nunquam non magnos haurit profectus ex eo, quòd facilem adhibeat fidem ijs, quæ suâ non careat verisimilitudine.

Ni:

e. Ad Corinthi, 13.

Affectus
magis
mociis, &
magis re-
verentie
etga infan-
tem JESU.

hinc se-
pente de-
bit reve-
rentiam,

Contra il-
los qui dif-
ficulter cre-
dunt favo-
res, quos
Deus exhi-
bet bonis
animabus.

Nihilominus plurimos reperire est, qui ejusmodi credulitatem arguant levitatis, quique cum vulgo accenseri nolint ex arrogantia, consulto difficiles se exhibent in credendo: Examinant ipsi omnia tam strictè, tantaque cum severitate judicant de omnibus, ut si minimum quid inveniant, quod ab ipsorum alienum sit opinione, omnia vertant in contemptum & exhibilent: audias ipsos dicere fastidiosè & fastuosè: Ita, credibile est, Sanctissimam Virginem hâc ratione, illorum pluribus suum dixeram Filium; illam, quæ cum ipso est in caelo, descensuram eo no-

mine in terram, ut ipsos demulcent hâc oblectatione; & JESUM Christum, qui tanto jam tempore suæ reliquit infirmitates infantie, has consulto resumpturum, ut illorum satisfaciat desiderio, quod exasnuant, blandiendi sibi? Somnia hæc sunt mentis infirmæ, quæ loco apud sapientes sunt nullo; nullius sanè vel exigui arguitur iudicij, si quis non videat, plus imaginationis suis omnibus inesse, quam veritatis: Et ex hoc desumunt ansam despiciendi devotionem, omnibusque vitis bonis asfricandi notam levitatis.

ARGUMENTUM.

Infans JESUS indes mirum in modum blanditur nobis, verum nos illud non asfirmamus.

ARTICULUS III.

Hæc instantia, quam credulam rationi satis congruam, ita irritavit nostrum bonum senem, ut subito assurgens, totusque inusitato abreptus zelo, tanto cum ardore locutus sit nobis, quo ipsammet confundere potuisset impietatem: Itane tantâ pervicaciâ obdurent mentem impij, ut nihil, nisi quod sibi placuerit, velint credere? an velut illusiones aspiciant favores, quos Deus exhibet animabus sibi fidelibus? Non miror, proscindi nos ab illis cavillationibus & sarcasmis, cum

illos non capere, multo minus adhuc, experiri possint: Sed quid dicent ad favores absque comparatione adhuc majores, & familiaritates magis adhuc singulares, quibus indes nos prosequitur Unigenitus Sanctissimæ Virginis Filius, usque tantæ certitudinis, ut nullus, nisi hæreticus vel Atheus negare fidem illis possit?

Nonne ipsemet in personâ dat se nobis quotidie in sacrâ Communionem? Nonne assumit statum, ubi longè adhuc minor, quàm in suâ infantia, apparet nobis; & quam-

vis

vis semper maneat in caelo juxta
 magnitudinem suam naturalem,
 & in sua Majestate gloriae, an pro-
 pterea intermittit venire, sequi nos
 bis consignare? An unquam desin-
 nit longe alijs nos delinire blandi-
 tijs, quin omnes sint illae, quas
 legimus in Vitis Sanctorum, quan-
 do conspiciendum se praebuit ipsis?
 Non satis est ipsi proximè se nobis
 exhibere praesentem, nostrisque
 admittere amplexus, sed insinuare
 se vult in iugum pectoris nostri
 recessus. Non satis est ipsi ad ex-
 savandum suum amorem, ore suo
 nostra deosculari ora; sed ipsemet
 intrare vult ora nostra, & descen-
 dere versus cordis nostri regio-
 nem, ut è vicino jungat se illi,
 ipsique inseparabiliter adhaereat.
 Facit adhuc quid amplius, miscere
 vult carnem suam adorandam cum
 carne nostra peccatrice, & sangui-
 nem suum cum sanguine nostro,
 & animam suam cum anima no-
 stra, & intellectum suum cum in-
 tellectu nostro, & voluntatem su-
 am cum voluntate nostra: Unico
 verbo, effundere in nos vult uni-
 versaliter omnem divinitatem sua-
 rum immensitatem.

Vos qui videri vultis constantes
 animo, quique tam difficilem re-
 bus pietatis tribuitis fidem, dicite
 mihi, an haec omnia credatis esse
 fabulas? Sunt ne imaginationes
 animorum Levium, magis hae ver-
 itates, tam clavis expressae verbis
 in Evangelio, conservatae à perpe-

R. P. Isaac. Consultar. Tom. III.

tuam omnium saeculorum fide ob-
 signatae tantorum Martyrum san-
 guine, confirmatae tantorum mira-
 culorum multitudine; propugna-
 ta solidissimorum discursuum in-
 vincibili robore, à tot tantisque
 Eximijs Doctoribus, qui nunquam
 non hoc in argumento prostrave-
 rant infernum & haereses, quando
 ab his fuerunt oppugnatae? Dici-
 te mihi, an magnae hae veritates,
 quas tota Ecclesia adorat in silen-
 tio, quasque summam prosequitur
 veneratione, existimentur à vobis
 illusiones, & inania infirmæ cujus-
 dam mentis phantasmata? Si cogi-
 tare hoc audeas, certus sum, te di-
 cere id minimè ausurum; liqui-
 dem ex proprio tuo tibi constat
 experimento, quantam familiaritate
 te accipiat JESUS Christus in San-
 ctissimam Communionem.

An igitur comperis, minores has
 esse illis, quas exhibebat omnibus
 magnis hisce Sanctis, quando ipso-
 rum se brachijs committebat in
 formam parvi Infantis? Pondera id
 bene, & fateberis, has illis sine
 comparatione esse majores, &
 quod mihi valde consolatorium vi-
 detur, has illis esse certiores. Ma-
 lem ego unicam solam Commu-
 nionem, ubi JESUS meus hac ra-
 tione tribuit se mihi, quam si so-
 lus habuissem omnes apparitiones
 Infantis JESU, quae ex singulari
 privilegio concessae sunt praeterito-
 rum saeculorum Sanctis omnibus;
 eòquod per has omnes tam certus

T t t

non

Bona cogi-
 ratio pro
 Commu-
 nione.

non essem, me ipsum possedisse, quàm certus sum, me ipsum possidere, dum ipsum recipio in sanctâ Communione. Quid dicendum tibi restat ad hoc? Nónne fateberis hanc puram esse veritatem?

Rationes,
cur tam insensibiles sumus in sanctâ Communione.

Eheu! an infirmitas nostræ fidei, quæ non nisi delibat mysteria nostræ religionis; an consuetudo tractandi illa ubivis terrarum absque reverentiâ, & velut ex puro usu, insensibiles nos reddat tantis favoribus? Si JESUS Christus se monstraret oculis corporeis, quando impertitur se nobis in sanctâ Communione, admirarentur id omnes, velut ingens prodigium; & si ipsam ita reciperemus intra viginti annos semel, accenseretur id vitæ nostræ fastis, velut insigne quoddam portentum: diceretur tunc cæcis, quàm deploranda est fors vestra! & absentibus, prò quantum perdidistis, dum tantum tamque rati prodigij agere vobis non licuit testes: Sed quia spectabilem se non reddit, nisi oculis fidei, id non credimus: ratio hujus est evidens, quia fidem non habemus, & quia magnus amoris ipsius excessus illius nobis visitationes reddit admodum frequentes, isque sese nobis impertitur quotidie, hinc sermè nihil id pendimus; sed potius cogitamus, ipsum magis esse obligatum nobis, quàm nos ipsi, quando tam frequenter ipsum recipimus; ita ut ex horrendâ ingratitudine contingat nobis,

ut nostram augeamus ingratiudinem juxta mensuram, quâ ipse adauget in nobis sua beneficia.

O JESU! O mi amabilissime Salvator, non desidero felicitatem animarum, quæ suis te velut infantem amplexatæ sunt brachijs: Novi enim favores, quos exhibes mihi in sanctâ Communione, esse multò majores; sed illarum percipio felicitatem animarum, quæ magnâ & vivâ præditæ sunt fide, ut paulò clariùs hic videam Augustæ tuæ Majestatis præsentiam: Aveo bona sensa, eximios affectus reverentiæ, teneritudinis & amoris, quos hic intuitus imprimit & inserit ipsarum cordibus. O bone JESU! adauge fidem meam: Accende frigus meum; Emolli duritiam maligni cordis mei: Et fac cum gratiâ, quâ te possideo, accipere quòque illam, quâ nôrim, quòd te possideam.

Exin repetijt ter hæc verba, quæ pronuntiare consueverat, quando sese accingebat & disponebat ad Sacrificium Missæ: *Quis mihi des te fratrem meum sugentem ubera Matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te?* Sed pronuntiabat illa magis ex corde, quàm ex ore, amore tam tenero, tamque accenso, ut omnes exin fuerimus commoti. Oportebat omnes tres ingredi sacellum, ut paulisper in silentio gustaremus verba, quæ dixerat nobis; & exin ita nostram renovavimus Consultationem.

AR.

Postulandum est ut denter à Deo, ut teneat fidem nostram in magno hoc mysterio.

ARGUMENTUM.

Magna felicitas Sanctissima Virginis, ex eo quod lactaverit Infantem JESUM lacte suo proprio.

ARTICULUS IV.

Consentiunt omnes, ex omnibus elogijs, quæ tribui possunt Sanctissimæ Virgini, æquiparari nullum posse elogio divinæ Maternitatis suæ: Elogiorum omnium hoc est elogium, & maximum gloriæ ipsius ornamentum: sed non omnes comprehendunt, in quo consistat suprema hæc divinæ Maternitatis magnificentia, quænam sint jura ipsius, & insigniores ipsius prærogativæ. Magnificentiæ ipsius nituntur parvitate DEI; & jura ipsius non solum adæquant, sed longè transgrediuntur jura altissimorum seraphinorum in cælo; ipsius munera ac officia sunt nobiliora, majorisque ponderis, quàm illa supremi reatum omnium conditoris; & tandem ipsius prærogativæ sunt tam eximix, tam sublimes, tamque amplæ, ut homines Angelosque rapiant in admirationem; Ipsamet sanctissima Virgo, quæ ipsas possidet, non comprehendit illas perfectè; non nisi enim DEUS solus illarum omnem ex integro cognoscit pulchritudinem.

Fœmina illa in Evangelio, quæ audiens JESUM Christam aliquando prædicantem, abrepta gaudio

& amore, exclamavit: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, qua suxisti*; Complectebatur paucis hisce verbis omnes divinæ Maternitatis excellentias, dum ita cum ventre jungit ubera. Si separasset hæc duo ab invicem, non amplius fuisset nisi quædam semi-Mater. Quæ suum conferte volunt ventrem ad formandum suos foetus, & negant ipsis ubera, ad lactandum illos, non sunt nisi dimidia ex parte Matres, ut Juris consultorum utar verbis. Favorinus magnus hic Philosophus, cujus omnes docti gloriabantur se fuisse discipulos, cum aliquando visitasset conjugem nobilissimi cujusdam Senatoris, paulò post puerperium ipsius, & audisset aliquam fœminam suadere ipsi, ut prolem suam alicui nutricia traderet lactandam, reprehendit ipsam de hoc, velut de injuriâ, quam inferre ipsi volebat: *Oro te mulier, sine eam integram esse Matrem Filij sui.*

Non igitur dividendus est venter Virgineus ab uberibus purissimis Matris Infantis JESU, ne dividatur quoque gloria & felicitas ipsius, & fiat ex ipsâ dimidia solum Mater DEI: Si ipsa beata est

Titt 2

Luc. 11. 7. 24.

Gloria sanctissimæ Virginis, quod fuerit Mater Filij Dei,

Aulus Gellius lib. 11. c. 1.

Dimidia est gloria sanctissimæ Virginis, quod aluerit Infantem JESUM proprijs suis uberibus.

ex ventre suo, beata quoque est ex uberibus suis. Sacratissimus ipse Venter, qui possedit Deum, primus, incipit ipse beatitudinem; sed Virginea ipsius ubera, quae ultimato possederunt illum, absolverunt illam, & perfecte adimpleverunt divinam ipsius Maternitatem.

Hic aperuit nobis aliquam cogitationem, quam paulisper invenimus sublimem pro familiari quodam colloquio: Et est, quod Sanctissima Virgo tenens Unigenitum Filium Dei absconditum in sinu suo, imitata sit operationes internas, quas Theologi appellant immanentes. Hic Pater aeternus producit Filium sibi aequalem qui est aeternus, sicut ipse: Hic Pater & Filius producant simul Spiritum Sanctum aequalem sibi in omnibus, qui est aeternus sicut ipsi, qui est Deus Omnipotens sicut ipsi. Haec omnia infinita ratione sunt magna, sed abscondita prorsus manent in Deo, & ideo vocantur actiones immanentes Dei, id est, quod omnes maneant inclusae in Deo: & nihilominus videtur, ipsas ratione quadam egressas esse extra Deum, in favorem Sanctissimae Virginis: admirabilem saltem hujus intuemur imitationem in castissimo ipsius utero.

Sanctissima Virgo portans in utero suo **JESUM** in-
 Hic considero Matrem, Filium, & Spiritum Sanctum: Matrem Dei, quae producit Filium suum ex propria sua substantia in secreto

interioris sui absque eo, quod ali-
 quid foris appareat: Filium Dei, qui
 verè accipit esse à Matre sua, qui
 que manet adhuc totus abscondi-
 tus in ipsa: Et Spiritum Sanctum,
 quo pleni sunt Mater & Filius, jux-
 ta verba Evangelij: *Spiritus Sanctus
 superveniet in te.* Sed pro
 eo, quod in Divinitate, Pater &
 Filius se simul uniant ad producen-
 dum Spiritum Sanctum: hic Ma-
 ter & Spiritus Sanctus se simul
 uniant, ad producendum Filium
 Unigenitum Dei: *Quod enim in
 ea natum est, de Spiritu Sancto est.*
 O Prodigia incomprehensibilia,
 quae exantiantur in Sanctissimâ
 Virgine! Verùm hæc sunt velut
 actiones immanentes, omnino in-
 clusæ in ipsâ tam parùm conspi-
 cientur extrâ, ut nemo percipiat
 illas.

Quando Sanctus **Matthæus** ex-
 travit in suo Evangelio, loquens de
 Sancto **Joseph** castissimo Sanctis-
 simæ Virginis sponso: *Non cognoscebat eam, donec peperit Filium
 suum primogenitum:* Plures expli-
 cant hæc verba, de cognitione
 conjugali, id est, quod semper re-
 reveritus sit Angelicam ipsius puri-
 tatem, semperque sollicitè servave-
 rit Virginitatem suam cum ipsâ.
 Et hoc est verissimum; sed Sanctus
Athanasius id accipit in sensu alio
 magis sublimi, nec minus vero.
 Is explicat memorata verba de co-
 gnitione spirituali, & dicit, quod
 licet **S. Joseph** sciverit **Charissimam**
 suam

fontem,
 imitabatur
 actiones
 immanen-
 tes. Trini-
 tatis.

S. Joseph
 pro bene-
 merito
 excellen-
 tis Ben-
 edictissime
 Virginis
 est quæ
 lo videt
 tu laet
 in infan-
 tum JE-
 SUM.

Math. 1.
 v. 15.

S. Athana-
 sius hom. in
 descriptione,
 B. M. V.

suam sponsam eminentissimis exornatam esse perfectionibus, ipsam omnibus plenam esse gratijs, ipsi Angelum annuntiâsse, quod futura esset Mater Dei, sibi que ipsi significâsse, quod omnia, quæ fiebant in ipsâ, sint opus Spiritûs Sancti non tamen adhuc cognoverit, quænam essent magna hæc prodigia, ed quod fuerint velut imitationes actionum immanentium Dei, quæ omnia adhuc inclusa manebant intus in ipsâ, adeoque non cognoverit omnem eminentiam divinæ ipsius Maternitatis, non sciverit ea, quæ ipsi acceverant

jura, nec auctoritatem ipsi concessam in Deum, nec sublimia mysteria, ad quæ ab ipso fuerat destinata: Joseph autem non cognoscebat eam: Sed quando vidit ipsam peperisse manendo Virginem, ipsam portare in brachijs suis Filium, qui erat ipse Deus, ipsam præbere illi ubera sua, & nutrire ipsum lacte suo: *Tunc cognovit eam, cum vidit ubera præbere*: Tunc sublimiorem acquisivit cognitionem excellentiarum ipsius, quibus abripiebatur in summam admirationem; Et ecce illarum aliquas.

ARGUMENTUM.

Mater DEI melius cognoscitur ex suis uberibus, quam ex Virgineo suo utero.

ARTICULUS IV.

Non melius innotescit, ipsam esse Matrem, quam quando conspicitur Unigenitum suum tenere Filium in gremio suo, suisque affixum uberibus. Cum Unigenitus hic in sinu Patris sit demonstratio & gloria divinæ ipsius paternitatis; sufficit, ut is habeat Filium Deum in sinu suo, ut dicatur, quod sit Deus Pater: Siquidem Theologi conficiunt sibi regulam ex hoc axioma: Relationes constituunt Personas: Quia Deus habet Filium, est Pater, & quia Filius ipse est

Deus Pater. Quid judicandum igitur sit de Sanctissimâ Virgine? Cum ipsa habeat Filium, est Mater, & cum ipse Filius sit Deus, si per impossibile fieri Deus posset, idem hic Filius constitueret ipsam in eadem dignitate Patris æterni, & ipsa esset Deus, sicut ipse; sed cum impossibile hoc sit, saltem attollit eam ad dignitatem primæ & supremæ personæ creatæ, quæ produci possit ab omnipotentis brachio Dei. Sanctus Joseph non cognoscebat sublimem hanc dignitatem in MARIA, divinâ sponsâ suâ

Matth. 1.

Jus admirabile, quod Sanctissima Virgo demonstrat habere se in Filium Dei, nutriendum lacte suo.

suâ, quoad ipsam viderat peperisse: *Non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum.*

Sed quod majorem parit admirationem, est videre, quod velut ipsius Mater habeat jus in illum, quod ipsemet Deus non habet, in quantum est ipsius Pater æternus: Exempli gratiâ, ipse non potest illum obstringere, ut sibi obediat, aut exigere ab eo vel minimum servitium; nihil enim virtute Nativitatis suæ æternæ debet ipsi; sed omnem debet obedientiam Sanctissimæ Matri suæ virtute Nativitatis suæ temporalis: ipsa igitur jus habet ad præcipiendum ipsi, & requirendum ipsius servitia. Ita Sanctum Evangelium nobis asseverat, quod hæc fidelissimè exhibuerit ipsi: *Et erat subditus illis.* Nonne intueris hic admirandum jus, quod habet in Deum, virtute divinæ Maternitatis suæ? Sanctus Joseph non cognoscebat adhuc, ipsam tantam habere auctoritatem, quoad ipsam viderit in possessione juris sui, postquam pepererat: *Joseph autem non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum.*

Sanctissima Virgo plus fecit quam Pater æternus, producendo Filium suum.

Et per consequentiam necessariam, verum est quoque, quod eadem hæc dignitas Matris Dei, admoveat ipsam muneribus ac negotijs nobilioribus, majorisq; ponderis, quam sint illa, quæ gerit & tractat supremus Creator mundi: Quid enim inter omnia est maximum, quod fecit extra seipsum?

extraxit mundum è sinu nihili; conservat ipsum, gubernat ipsum, & hoc videtur magnum: Verum quid hoc est, respectu ejus, quod facit Sanctissima Virgo, quando extrahit nobis Filium Dei è sinu Patris sui? extendat Creator eandem suam omnipotentiam ad producendos millies mille nos mundos majores & pulchriores mundo hoc jamjam producto, quidquid fecerit, minus erit eo, quod facit ipsa, quando producit Deum, seque impendit pretiosæ ipsius educationi? ÷ Deus quàm incomprehensibilia prodigia, quæ admirationi erunt Angelis & hominibus per omnem æternitatem! Sanctus Joseph non cognoscebat hæc omnia, nisi postquam pepererat Virgo Sanctissima. *Joseph autem non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum.*

Aperueram jam os ad interrogandum illum, quomodo Sanctus Joseph cognoverit hæc omnia postquam pepererat ipsa; sed permittere non voluit, ut interpellarem. Neque hoc satis est, proseguere; rimare altius profundas hæc veritates, & videbis sanctissimam Virginem patrare mirabilia quæ Pater æternus patrare non posset, quamvis sit Omnipotens, respectu Filij sui Unigeniti; Siquidem, Exempli gratiâ, Pater æternus docere non posset loqui suum Filium; non dicit ipse nunquam unicum duntaxat Verbum per omnem æternitatem.

Pater æternus docere non posset loqui Filium suum Unigenitum, & sanctissimam Virgo id docuit ipsum.

Sanctissima Virgo non potuit a patre dicitur Filium suum.

nitatem, eò quòd ipsemet sit Verbum æternum Dei Patris sui; non nisi ipseus est loqui in divinitate: Et sanctissima Virgo profertre illum docet paulatim prima sua verba, sicut aliæ Matres parvulos suos docent infantes. Cum igitur Sanctissima Virgo loqui doceat Verbum Patris æterni; nonne prodigium hoc sit, quòd creaturarum omnium mereatur admirationem?

Sanctissima Virgo ambulat docet Filium suum,
 Pater æternus docere non poterat ambulare Filium suum Unigenitum: nunquam formabit is vel unicum gressum ad immutandum locum, eò quòd sit immensus; Et Sanctissima Virgo docebat ipsum ambulare in terrâ, ipsiusque dirigebat infirmitatem, cujus omnipotentia omnes sustentat creaturas. Ecce tibi munus ipsius ac officium, quòd absque admiratione aspicere non possunt Angeli in cælis.

Uterius Pater æternus adjicere non posset incrementum Filio suo Unigenito in proprio sinu suo; quamvis conferat ipsi omnem suam substantiam, & effundat in ipsum, quidquid habet vitæ, nihilominus nunquam ipsum crescere vidit in minimo, & nunquam videbit, eò quòd producat ipsum in unico æternitatis suæ instanti æquè magnum ac se: Et sanctissima Virgo crescere videbat de die in diem, eundem hunc Filium Unigenitum in gremio suo; nutriebatur ipse, confortabatur, & sensim capiebat

Incrementum, lac sugens è Virgineis ipsius vberibus. O Mater admirabilis! quàm procul absunt omnes tam Angeli, tum homines ab eo, ut, quanta sit divinæ Maternitatis tuæ dignitas, valeant comprehendere! Quis enuntiet, quanta sint jura, quanta auctoritas, quàm hæc tibi confert in ipsum? Quis satis æstimet sublime munus, cui ipsa te devover, dum totam te integram consecrat educationi Infantis JESU? Siquidem plùs hoc est, quàm

Cum hic continere amplius non possem affectus meos, nec meam cohibere linguam, dicebam ipsi: Utinam, mi Pater omnes Christiani te ita loquentem auscultassent de Excellentijs sanctissimæ Virginis, hæcque sicut nos, suo inculptas haberent animo! Eheu, videre non esset tantos, qui, dum Nominè gloriantur Christiano, dum ore confitentur JESUM Christum, dum agnoscere & adorare videntur ipsum velut Deum suum, non abhorrent tam indigna fovete sensa, ut non longè absint à contemptu Sanctissimæ Matris ipsius: Matris hujus admirabilis, quàm ipsemet accumulare voluit summis, quos puræ creaturæ conferte poterat honoribus: Et Christianus in hoc statu adhuc speret placere ipsi? Quis dubitare potest, quin ipsemet se magis offensum credat hoc contemptu, quàm ijs omnibus, quos recepit

sum Unigenitum, quæ Pater ipseus æternus facere non potuit virtute paternitatis suæ.

Jesus Christus magis offensum se credit contemptu, quem Christiani exhibent sanctissimæ Matri suæ, quàm illis, quos ipsemet accepit à Judæis.

cepit à Judæis, tempore Passionis suæ?

Reprehen-
sio à Iesu
Christo fi-
cta iis, qui
oppugnant
devotionem
erga san-
ctissimam
Matrem
suam.

Hæc, quam ita contemnis, tu, qui indignus es Nomine Christiani, est propria Mater mea: ego exaltavi ipsam supra me, submittendo me ipsi velut Filium suum; ego tantis perfectionibus locupleravi ipsam, ad faciendum ipsam dignam, quatenus esset Mater mea, ut, quantum possibile est puræ creaturæ, accedat ad perfectiones infinitas Divini Patris mei; Ego tantis ipsam replevi gratijs, ut omnes illæ, quas dispertitus sum, tum cunctis sanctis Angelis, tum cunctis sanctis hominibus, non adæquent solam gratiam divinæ Maternitatis ipsius: Et tandem ipsa sola major est coram oculis meis, & pretiosior cordi meo, quàm omnes meæ simul creaturæ. Attende honorem, quem ipsi exhibeo, qui sum Deus ipsius, non minus, quàm ipsius filius: Et posthæc timeas, ne nimio prosequaris ipsam honore, qui non nisi terræ es vermiculus? Et metuas, ne amabilis hujus Matris devoti clientes discretionis excedant limites, illamque magis, quàm mereatur, honorent, dum nuncupant illam Matrem Dei, dum illam invocant velut Mediatricem salutis apud dilectum Filium suum, dum venerantur illam velut veram suam Matrem, ipsique dicunt, se præcipuam suam post Deum in illam collocare confidentiam, dum ipsius se profitentur ser-

vos, suæque servitutis aliquam secum circumferunt notam, dum aggregant se alicui ipsius Confraternitati, dum ipsius adornant Altaria, ipsius reverentur imagines; Et tandem dum ipsam amant ex toto corde, dum sollicitè ipsius contendunt promovere gloriam, dum exhibent ipsi honoris genus, sublimius eò, quòd cæteris omnibus impendunt Sanctis, quamvis semper longè inferius honore supremo, quo obstringuntur Deo.

Ut quid metuis infelix, ne parvi in terris homunciones nimia illi impendant obsequia, cui tot ac tanta impendit Deus tuus? Considera probè, quâ ratione honoraverit, is ipsam, & videbis, quòd; si omnes creature contenderent exhibere ipsi omnes honores, quos possent, non accederent ad eum, quem ab ipso accipit Deo. Ut quid monita tu dare præsumis Cultoribus Virginis Beatissimæ indiscretis? Si cernis, quòd adorent ipsam velut Deum, vel ipsam Deo præferant, vel etiam Deo ipsam adæquent (id quòd foret error, quem optulante Numine videre non est inter Christianos) noli vocare ipsos indiscretos, verum impios & idololatrias; sed dum qualemcunque ipsi impendant devotionem, aut quodcunque ipsi præstant obsequium (quando id semper est infra Deum) ipsos reprehendere velut indiscretos, & sub obtentu meliùs ordinandi ipsorum devotio-

nem,

nem, hujus imminuere fervorem, ac inferere fastidium animabus infirmis, non solum indiscretionum omnium est maxima, sed impietas summe abominanda.

Ceu talem pariter redarguo ipsam, concludit bonus senex, & ut magis adhuc confirmem te in conceptâ opinione, observa bene, quid sim dicturus tibi.

ARGUMENTUM.

Sanctissima Virgo ostendit bonitatem veram Matris erga fideles servos suos.

ARTICULUS VI.

Tantis nemo distinetur negotijs, quantis Mater Infantem suis complectens brachijs; ipsa totam impendit se illi, hæc aliter, ac si totum moderandum haberet imperium, tantis urgetur circa illum sollicitudinibus: nihilominus omnes ipsius curæ universaliter reducuntur ad tria, quæ sunt: Ipsum nutrire, ipsum vesti-

re, ipsum instruere. Jam vide, an sanctissima Virgo non præstet hæc omnia circa Christianos, qui sunt Filij ipsius, potissimum circa eos, qui singulariter devoti sunt illi: Ipsa hos nutrit opiparè, ipsa hos vestit magnificè, ipsa hos instruit mirificè. Advertas velim, quid tibi dicturus sim, & fateberis id verum esse.

§. I.

Sanctissima Virgo nutrit opiparè Filios suos.

Imprimis quod verum sit, nutrire hos ipsam admodum opiparè, magna est promissio facta nobis à Vate Isaia, quam in Virgine sanctissimâ aspiciamus ad impletam: *Mammillâ Regum lactaberis.* Si quidem nonne ipsa, postquam suas porrexit mammillas Regi Regum, proprio Dei Filio, & has quoque porrigit nobis? nobis, quibus honor est, ut fratres ipsius nominemur & simus: diversâ id quidem accidit ratione, non minus tamen

R. P. Isaac Consiliarius. Tom. III,

lautâ, splendidâ, jucundâ. Nonne enim ipsa Verbum adorandum, Panem inquam Angelorum, eo collocavit in statu, ut manducari posset à nobis? *Panem Angelorum manducavit homo.* Quomodo Verbum, quod totum spirituale est, nutrire posset homines, qui corporales sunt, nisi hoc verbum, sicut ipsi fieret quoque corporale? Hoc est, quod Mater Admirabilis in nostrum effecit favorem. Audi, quomodo S. Augustinus hoc nobis

V u u u expo

exponat prodigium modo pro more suo admodum sublimi.

3. Augustinus Conc.
1. in Psal.
33.

Et hoc in sermone primo super Psalmum 33; ubi sic loquitur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant superare virtutes, manducant cœlestes Spiritus; & manducant & saginantur, & integrum manet, quod eos satiat & letificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? unde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo, ut mensa illa lactesceret, & ad parvulos perveniret. Unde autem fit cibus lac? Unde cibus in lac convertitur, nisi per carnem trajiciatur? Nam Mater hoc facit; Quod manducat Mater, hoc manducat Infans: Sed quia minus idoneus est infans, qui pane vescatur; ipsum panem Mater incarnat, & per humiditatem mammilla & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Mater incarnat Panem, MARIA vestit carne mortali Verbum Patris, quod verus est Panis Angelorum, & per humilitatem mammillarum suatum ipsa convertit illud in lac, ut parvuli infantes vivere possint è pane fortium, & homo manducaret Panem Angelorum. Panem Angelorum manducavit homo,*

Obstringimur Sanctissimæ Virgini, quod nutriamur

Majores filij aliâ ratione nutriuntur, quàm minores. Pater cœlestis opiparè tractat majores suos filios in convivio gloriæ suæ, nutriens illos eodem Verbo, quod

propria ipsius est vita: Ecce panem æternum Angelorum. Mater Virgo opiparè quoque tractat parvulos suos filios in convivio gratiæ, nutriens illos eodem Verbo à se incarnato. Non potuissimus manducare hunc panem in totâ suâ fortitudine; non potuissimus nutriti puris delicijs Verbi, sicut Angeli, qui intuentur ipsum clarè in splendoribus ipsius gloriæ: non potuissimus recipere propriam ipsius substantiam in sanctâ Communione, nisi Mater incarnasset ipsum. Ecce quomodo homo manducet Panem Angelorum, mediante Matrè, quæ conficit ex eo lac infirmitati infantium proportionatum.

O! si nôsses hæc super re affectus & sensa Cordis ipsius, videres non esse Matrem tam sollicitam, ad præbendum filio suo ubera sua.

Nónne auscultas, quomodo invitet te tenerrimo veræ Matris affectu? Venite; *Comedite panem meum, & bibite vinum, quod misit vobis: Venite, charissimi filij mei, venite ad sinum Matris vestræ; venite & comedite panem Angelorum, è quo confeci vobis jucundum manna hominum, tribuens illi hoc Corpus, quod recipitis in sanctâ Communione: Venite bibite hoc vinum, quo incendantur omnes Beati, ab ubertate domûs Dei; sed cujus ego vobis immutavi colorem, temperavi fortitudinem, ut conficerem vobis lac bonum, summè idoneum* ad

Sanctissima
Virgo de-
bet ubera
in sancte
liberato.

Prov. 9, 17

Sanctissima
Virgo de-
bet ubera
nos dignè
Commu-
nicet.

ad nutriendum opipatè infantiam vestram. Venite & videte, an verum sit, quòd ubera mea pro vobis meliora sint vino.

*Sanctissima Virgo prae-
bet ubera
suo sancto
lactenti.*

Desideras aliquid magis luculentum, ad ostendendum tibi, Sanctissimam Virginem esse veram Matrem, quae proprio lacte suos nutrit filios. Refert Baronius ad annum millesimum vigesimum octavum, quòd sanctus Fulbertus Episcopus Carnotensis, totus devotioni Sanctissimae Virginis addictus, qui pulcherrimum librum ad ipsius gloriam exaratum nobis reliquit, & Ecclesiam honori ipsius aedificavit, acceperit ab ipsa, velut pro quadam remuneratione, singularitatem omninò hunc favorem. Apparuit nimirum illi in summis morbi angustijs, & periculo mor-

tis constituto, cùmque ipsi sua prae- buisset ubera ad sugendum ex ijs lac, mox sanitati restitutus fuit, & insuper locupletatus dono Prophetiae.

Plerique Auctores, qui com- *Exprimit &
instillat lac
suum ori
sancti Ber-
nardi.*
mendarunt fastis vitam devotissi-
mi & doctissimi Patris sancti Ber-
nardi, concorditer referunt, quòd
Sanctissima Virgo ipsamet expres-
serit lac è Virgineis suis uberibus;
idèque ipsius instillayerit ori; &
plures asserunt, quòd saepius in vi-
tâ suâ à divinâ hâc Matre, singu-
larem hunc receperit favorem;
quòdque propterea videatur divi-
na gratia ita obsedisse ipsius labia,
ut nihil nec dicat, nec scribar, quod
caeli sapore, & paradisi un-
ctione non demulcet
animas.

§. II.

Sanctissima Virgo vestit magnificè filios suos.

*Sanctissima
Virgo de-
erat videre
os dignè
Commutat
ante.*

SECUNDUM Matrem erga filios suos est munus, illos vestire. Tota Ecclesia credit ex piâ tradi- tione, quòd Sanctissima Virgo consecerit proprijs suis manibus omnia vestimenta, quae adorandus ipse portavit Filius, non tantùm suae tempore infantiae, sed etiam per totam vitam suam; & prae- cipuè tunicam illam inconsu- etilem, cujus fit mentio in enarra- tione Passionis ipsius. Et Histo- ria Ecclesiastica nobis ingentem Exemplorum refert copiam, qui-

bus ostenditur, quàm sollicitè plu- ribus sibi speciali devotione addi- ctis & singulariter à se filiorum more dilectis, suppeditaverit ve- stimenta.

Ipsa proprijs suis manibus de- dit S. Ildephonso charissimorum filiorum suorum non minimo, ca- sulam quandam pretiosissimam, quae usus est ad conficienda sacra Mysteria in praecipuis solemnitati- bus.

Eundem favorem exhibuit san- cto Bonito, Episcopo Claremon-

tio in Arverniâ, qui Episcopus salutatus est adhuc in utero Matris suæ à Sacerdote quodam, cui nomen Phrygio, quique ab infantia suâ semper devotissimus extitit Virgini Sanctissimæ: Hæc similiter manu suâ impetrata est illi pretiosam quandam vestem, quam Civitas Clarimontis conservat hodie dum velut insignissimum cœli donum, quàmque omnes, qui aspiciunt, admirantur quin huculque aliquis cognoscere potuerit, nec ex quâ materiâ, nec quâ ratione sit confecta; ipsius subtilitas, ipsiusque levitas excedit omnem, quidquid expertissimi artifices possent unquam conficere.

Velut certum quòque habetur, ipsam Sancto Norberto contulisse Habitum Ordinis sui Præmonstratensis, cujus Fundatorem effecit ipsum Deus mediante potentissimâ illius intercessione. Et Ordini Carmelitarum sacrum communicavit scapulare, cujus Confraternitas tam celebris est in Ecclesiâ, tantis stabilita miraculis, tantis locupletata Indulgentijs, tantisque, confirmata sumorum Pontificum Bullis, Annales referunt, Beato Simoni Stock tunc totius Ordinis Carmelitarum Generali collatum id esse ab ipsâ circa annum 1245. suavissimis hæc illum verbis alloquente: *Accipe, dilectissime, hoc tui Ordinis scapulare, mea Confraternitatis signum, tibi & omnibus Carmelitis privilegium.*

Et quantos alios videre est Ordines Religiosos, qui glorientur accepisse se vel suos Habitum, vel sua nomina, vel utrumque simul à Sanctissimâ Virgine. Post Ordinem Montis Carmeli est ille Redemptionis Captivorum; ille, quem nuncupant, Servitarum, ille montis Oliveti; ille Conceptionis Immaculatæ; ille Annuntiarum; ille Visitationis, tantisque alijs.

* * *

§. III.

Sanctissima Virgo instruit mirificè suos filios.

Ipsa complectitur sinu suo illum, in quo inclusi sunt omnes thesauri Scientiæ & Sapientiæ DEI: An dubitari possit, quin abundanter ex ijs communicet omnibus suis filijs? Ipsa portat in manibus suis illum, qui lumen est mundi; Ipsa depingitur à Sancto Joanne in Apocalypsi tota amicta sole; ha-

Apoc. 12.

bens lunam sub pedibus suis, gestansque in capite contextam è stellis duodenis coronam. Hac super te devotissimus Pater, Sanctus Bernardus pulcherrimè discurret ita: *Jure MARIA sole perhibetur amicta, que profundissimam divinam sapiëntiam, ultra, quàm credi valeat, penetravit abyssum.*

Nobis

Nobis non est lumen leasibile
 è caelo, nisi quod recipimus à so-
 le, lunâ & stellis; hæc omnia in-
 venire est simul conjuncta, ut cir-
 cumcingant & amiciant solam &
 unicam Virginem MARIAM; ad in-
 sinuandum nobis, quod, quidquid
 habemus veræ cognitionis rerum
 cælestium in terris, recipiamus per
 ipsius intercessionem. Ideo tam
 eximia ipsi attribunt Sancti Pe-
 tres elogia, citca divina, quæ no-
 bis communicat, lumina. Sanctus
 Vincéntius Ferrerius asserit, quod
 melius ipsa intellexerit sacram Scri-
 pturam, quàm omnes Prophetæ,
 omnesque Apostoli. Abbas Ru-
 pertus vocat ipsam *Archi-Propheta-*
tissimam: Sanctus Hieronymus ip-
 sam nominat *Prophetam Prophe-*
tarum: *Andreas Crevensis*, *Epito-*
men omnium oraculorum divino-
rum: Sanctus Anselmus, *sapien-*
tissimam Magistram doctorum.

Quanta nobis prostant exempla
 magnorum virorum, quos reple-
 vit scientiâ, quæ quandoque erat
 instar prodigij, eodquod ipsi exti-
 terint devoti? Quem later favor
 exhibitus ab ipsâ Sancto Alberto
 Magno, quando è stupido, qua-
 lem effuxerat ipsum natura, in
 momento formavit illum lumen
 Theologiæ maximum.

Abbas Rupertus, qui maximo
 tenebatur scientias acquirendi de-
 siderio, non minori tamen labo-
 rans incapacitate comparandi illas
 suo studio, confugit ad ipsam, tam-

que accensis pulsavit illam precibus
 ad obtinendum, quod anhelabat,
 ut ipsi apparuerit, eique dixerit:
 Accepissimæ mihi sunt preces tuæ,
 exaudio illas, tæque tam doctum,
 tæmque illuminatum esse volo in
 omni scientiarum genere, ut ne-
 mo in diebus tuis tibi futurus sit
 similis; sed cave sub medio ne
 teneas lumen absconditum.

Celebris ille Hermanus, qui
 nobilissimus erat Comes, sed ideò
 cognomento contractus, eodquod
 tantæ fuerit deformitatis, ut con-
 tracta in se invicem omnia videretur
 habere membra; & quod pe-
 jus erat, non majorem præferebat
 venustatem ipsius animus, quàm
 corpus, nisi quod haberet timo-
 rem Dei, & Sanctissimæ Virgini
 esset devotissimus, hinc tam ince-
 santer sua ad ipsam dirigeret vota,
 eamque, ut sui miseretur, in-
 stantissimè deprecaretur, aspexit
 illam aliquando totam lumine cir-
 cumfusam adstantem sibi séque in-
 terrogantem: Quid mavis, vel tu-
 um illuminari intellectum, tuum-
 que deforme remanere corpus,
 vel tuum sanari corpus, tuumque
 obtenebratum remanere intelle-
 ctum? O amabilissima Mater, re-
 spondit ipsi, corde amoris æstu
 prorsus accenso, illumina intelle-
 ctum meum: Quod & ipsi con-
 cessum fuit; unde totâ vitâ suâ
 turpissimam corporis retinens spe-
 ciem, tantâ ab ipsâ fuit repletus
 scientiarum abundantia, ut nihil
 Y u u u 3 igno;

San. in
 Nativ.
 Dom.

S. Albertus
 Magnus e-
 ruit doctus
 per SS. Vir-
 ginem.

Prodigium
 sapientiam
 per eandem
 factus est
 Rupertus
 abbas pla-

cus de statu
 Relig. c.
 32.

Hermannus
 Contractus
 eundem ab
 ipsâ obtri-
 nuit favo-
 rem.

ignorare videretur, quod scire posset homo mortalis: Et ut favorem hunc accumularet adhuc alio, qui ipsius velut esset ornatum, concessit illi donum linguarum tantâ perfectione, ut loqueretur idioma Latinum, Græcum & Hebraicum tantâ cum facilitate, ac si quodlibet ipsi fuisset nativum & proprium.

Integra concinnati deberent volumina, si recensenda forent omnium eorum exempla, qui ex eo, quod confugerint ad Sanctissimam Virginem, velut veram Matrem suam, ut instruerentur ab illâ, repleti sunt scientijs protus divinis, & absque comparatione majoribus, quàm omnes illæ, quas acquirere potuissent in maximorum Doctorum scholis.

Bonus senex, qui ita nos instruebat in hac Consultatione, voluit concludere ipsam, per quandam mentis elevationem ad Virginem Sanctissimam, & orationem pietate ac fervore plenissimam: O Mater Admirabilis? O Matrum omnium amabilissima! Cum Mater sis Salvatoris nostri, nostræ salutis quoque Mater esse velis: Et cum Filius tuus nos velut suos agnoscat fratres, tu ergo nos quodque velut tuos aspice filios, sed velut filios parvos ac infirmos, quibus sit opus adhuc nutrirî, vestiri & instrui à Matre suâ. *Monstra* per charitativam & affectuosam curam tuam, te veram esse Matrem nostram: *Mon-*

stra te esse Matrem: Monstra te esse Matrem.

Repetebat is sæpius eadem verba, quæ in mentem revocârunt mihi pietatem cujusdam Professoris, quem noveram, quique, cum doceret Humaniora jam ante quinquaginta annos, exhortabatur sæpius discipulos suos ad devotionem erga Sanctissimam Virginem, & inter alia, hoc illis suadobat exercitium, ut indies accederent ipsam, tria ab ipsâ efflagitaturi, quæ continentur tribus his versibus Hymni, Ave Maris Stella:

*Monstra te esse Matrem,
Vitam præsta puram,
Lien para tuam.*

Incredibile est, quanti momenti sit, inferere ab initio animis parvulorum aliquid boni, siquidem tenellis his mentibus id facile imprimitur, haud aliter ac cera molli, & prima hæc sensa, quæ semel receperunt, ferè nunquam amplius extinguuntur. Sunt ex illis, qui ab eo tempore per totam vitam suam, nec unicum exegerunt diem, quo orationem hanc Sanctissimæ Virgini non litarent, quin potius repererent ipsam sæpius, quàm unicâ tantum omitterent vice. Observatum insuper est, ipsos recepisse tam singularem protectionem ab hac Matre Misericordiz, ut amplexi sint genus vitæ, quo obligabantur sectari puritatem, quoque dirigebantur per viam tutiorem ad portum salutis.

CON.

Oratio affectuosa ad Sanctissimam Virginem.

O Mater Admirabilis? O Matrum omnium amabilissima! Cum Mater sis Salvatoris nostri, nostræ salutis quoque Mater esse velis: Et cum Filius tuus nos velut suos agnoscat fratres, tu ergo nos quodque velut tuos aspice filios, sed velut filios parvos ac infirmos, quibus sit opus adhuc nutrirî, vestiri & instrui à Matre suâ. *Monstra* per charitativam & affectuosam curam tuam, te veram esse Matrem nostram: *Mon-*